Dalla prefazione del Franchus si ricava poi che il Burnus aveva portato il *Compendium* da Sora: "Sora Romam attulit". Il che potrebbe farci magari congetturare anche che il Sabazio tra 1537 e 1538 abbia fatto il maestro di scuola a Sora, grosso centro appartenente ai della Rovere, in cui era stato vescovo il futuro papa Paolo III e la cui diocesi era allora amministrata dal Card. Alessandro Farnese. Perché a questo punto bisogna dire che è verosimile l'ipotesi che nella maggior parte della sua vita il Sabazio abbia praticato il mestiere del maestro di scuola, in quella scuoletta umanistica di "umanità", superiore all'insegnamento elementare e preliminare all'universitario, che doveva abilitare alla composizione latina e alla lettura degli autori. I maestri di scuola sono una singolare classe di intellettuali, in alcuni casi di alto livello scientifico, che vagando, come i medici ed i chirurghi, per borghi e città sempre alla ricerca di una migliore condotta, ha una posizione sociale incerta, sempre al limite della indigenza e della precarietà. Essi, proprio per questo loro statuto di sradicati orgogliosi, per il continuo, tragico e qualche volta anche comico, contrasto in loro tra ambizioni e velleità, da un lato, e realizzazioni dall'altro, contemplanò e vivono più a fondo di altri lo scarto tra l'assetto sociale del presente e quei modelli esemplari della uguaglianza classica, che tutti i giorni vanno spiegando ai giovani, tra il moderno mercato della religione, tra il formalismo devozionale e la pura fede e carità insegnate dalle Scritture. Da qui non solo lo sviluppo di una religiosità interiorizzata, incredula del magismo dei sacramenti, non legata più a cerimonie, luoghi di culto, osservanze e proibizioni, ma anche, con critica a tutto campo, una polemica contro il bellicismo dei principi ed una generica magari, ma decisa protesta contro un ordine sociale strutturato di sopraffazioni e prepotenze, che messo a confronto sia con la morale classica che col Vangelo, risulta semplicemente ingiusto. E' questa

dei maestri una situazione spirituale, magari non scevra di pericolosa invidia sociale, che può però aiutare a vedere il mondo e la compatta tradizione scientifica universitaria con occhi straniati; uno spirito di detrazione e di contraddizione - simile a quello di uno dei predecessori di tutti questi grammatici, ugualmente proclive alla critica radicale, Lorenzo Valla - che può però anche aguzzare gli occhi per scoprire aporie nella tenuta logica delle dottrine e accorgersi semplicemente di una mai avvertita mancanza di evidenza esperienziale. Con Sabazio, a prima vista, ci troviamo di fronte solo ad una dissidenza scientifica, ma credo che essa sia unita, come era stato nel Palingenio, ad una dissidenza religiosa e magari anche sociale. Sabazio dimostra di essere addentro nell'uso della tecnica parallattica, pratica la scienza tanto da essere preso sul serio dal Fracastoro, ma è evidente che la sua perizia osservativa e la sua non comune capacità di ricomposizione degli osservati moti celesti in convincenti ricostruzioni geometriche, ugualmente contrarie agli omocentristi e agli assertori degli eccentrici e degli epicicli, sono messe in moto da un elemento che sta dietro la trama delle proposizioni scientifiche, da una spinta, per così dire, ideologica ed emotiva, che gli viene dalla sua formazione teologica, fundamentalmente "mortalista" cioè avversa alla dottrina dell'eternità del mondo; e per questo egli fa di tutto per presentarsi un modello della struttura della materia celeste che gli permetta di vedere ovunque e in cielo e in terra generazione e corruzione, a preparazione della dissoluzione, un giorno, dell'intero universo. In lui c'è insomma qualcosa di simile al rifiuto, per esempio, che la cultura benedettina coltivò nel primo XIII sec. per l'introduzione delle dottrine fisiche e cosmologiche di Aristotele. Per questo è probabile che abbia ragione Marco Faini quando vede in quei versi del benedettino Teofilo Folengo, dei primi

anni Quaranta, di cui si è discorso sopra, un'unità di ispirazione con le teorie del Sabazio; tanto più tenendo presente l'amicizia del monaco per Scipione Capece. E si ricordi che anche la principale escogitazione di un altro anomalo maestro di scuola, del Palingenio, cioè l'infinità spaziale dell'universo, discende tutta da ispirazione teologica. Anche i cinque omaggi poetici di colleghi e di amici mi paiono quasi confermare l'ipotesi del mestiere di maestro di scuola: tra essi appare il ferentino Ambrogio Novidio Fracco, un insegnante sciagurato e poverissimo, che peregrinò per tutti i grossi borghi del Lazio. Vengono poi tre professori dello Studio di Roma, che erano quelli che di solito raccomandavano i maestri alle comunità. C'è il superato apuleiano Giovanni Battista Pio, che confidò sempre molto nella stima che di lui nutrì Alessandro Farnese e da cardinale e poi come papa Paolo III. E a lui certo non sarebbero piaciute molto le idee sul canone degli autori latini espresse dal Sabazio nell'opuscolo del Capece sopra editato. Segue poi quello che sarebbe nel 1542 succeduto al Pio, Leonardo Marso. Una bella sorpresa si potrebbe dire che è lo spoletano Nicola Scevola, che appare nel 1524 come prefatore dell'edizione napoletana della *Parthenias* di Marco Probo de' Mariani da Sulmona, dove uno degli omaggi poetici è proprio del Palingenio, che doveva essergli amico.

A questi primi anni Quaranta appartiene lo scritto astronomico del Sabazio più esplicito e più maturo, il cui contenuto si è parte anticipato: si tratta di un'articolata descrizione della sua tecnica di misurazione parallattica e dei suoi risultati; e poi si azzarda una compiuta ipotesi astronomica sulla struttura dei moti planetari. Io avevo un giorno riveduto, per altre mie ragioni, tutti interi i tredici codici, circa, di cui si compone il Fondo Beccadelli inserito nel Fondo Palatino della Biblioteca Palatina di Parma; anche nella speranza che

nelle carte di Mons. Beccadelli, segretario del Bembo, ci fosse rimasta traccia di redazioni primitive degli *Homocentrica* del Fracastoro e delle obiezioni a lui fatte dal Sabazio e dal Boccadiferro. Mi accorsi che il Cod. Fondo Palatino 988 non era l'ultimo delle carte Beccadelli, ma che anche il Cod. Fondo Palatino 989 era appartenuto a quel gruppo. Questo ultimo codice contiene molte svariate e confuse carte seicentesche provenienti tutte da casa Beccadelli; tra di esse ho trovato lo scritto anonimo – in scrittura coeva – che presenterò ora e che è ineccepibilmente del Sabazio. In esso Basilio ci presenta idee sulla forma e struttura delle orbite dei pianeti, che aveva accennato anche al Cigalini, e poi finalmente propone un'ipotesi astronomica che non è altro che quella che lo Schiaparelli – forse azzardando e forzando le fonti antiche – aveva attribuito ad Eraclide Pontico:²⁸ tutti i pianeti, meno la Luna, ruotavano attorno al Sole, con orbite non del tutto circolari e trascinate tutte dall'orbita del Sole:

circulis magnis proprii motus [...] ductis circum Solem medium, non circum mediam tellurem; qui circuli Solem ipsum sequentes et cum eo tralati medium semper centrum habent cuncti punctum medii motus Solis, quacunq; ille fertur per suum circulum.

Lo scritto è diviso in due parti dedicate ambedue agli anzidetti problemi parallattici ed alla confutazione dell'introduzione di eccentrici ed epicicli; e verso la fine si riaccenna alla ben nota posizione sulla natura e sull'altezza delle comete. È una trattazione molto complessa e difficile che richiederà uno studio più particolareggiato, di quello che ora possiamo dedicarvi:

²⁸ Cfr. DUHEM 1954, I, 415-416 con una discussione vivace della ricostruzione di Schiaparelli.

Quod ex varia magnitudinis apparentia in extremo per stellas apparente ambitu hemisphaerii necessario constet variam esse siderum errantium altitudinem, nec iuxta peripateticam traditionem simplicem illis esse motum conversionis circum medium universi, sed mistum ascensu atque recessu a medio et accessu ad medium ac descensu.

Omne corpus aspectui obiectum tanto est propius aspectui aut inde remotius, quanto apparet in stellifero ambitu hemisphaerii, portione maius aut minus, cum ambitu ipso comparatum, quantoque ampliores portione ambitus angustioresve sunt anguli aspectus, rectis aspectus lineis per extrema obiecti corporis ab aspectu ad ambitum extensis, et quanto pars ambitus maior aut minor per corpus aspectui occupat. Est autem obiectum corpus aspectui sidus unumquodque ex septem errantibus. Igitur quanto errans quodque sidus maius minusve appare<t> portione stelliferi ambitus, tanto est propius aspectui ac terris humilisque aut ab aspectu terrisque remotius et sublimius.

Apparet vero Luna in ambitu stellarum ampliore nunc orbe, nunc angustiore, maioremque nunc ambitus partem aspectui occupat per diametrum, nunc minorem, idemque contingit et in sideribus coeteris errantibus, sed in stellis Martis et Veneris varietas ipsa magnitudinis apparentis portione fit multo maiore. Martis enim sidus, quum est proximum Soli iuxta caelestis ambitus positionem celerrimeque incidit vel mane oriens vel occidens vesperi, minimarum apparet magnitudine stellarum; at quum est Soli adversum atque tardissimum et retrocedit, maxime vespertino exortu occasuve matutino, latius apparet supra quadruplum, tantoque partem occupat stelliferi ambitus portione maiorem aequatve stellas maximas apparente amplitudine. In stella etiam Veneris eadem fere portione varia fit magnitudinis apparentia. Nam quum celerior est sideris ipsius vel accessus ad Solem vespertinis vel matutinis a Sole recessus, iuxta positionem ambitus caelestis, itidem quadruplo fere maius apparet portione ambitus ipsius, quam quum celerius vel mane fulgens ad Solem accedit, sed ab eo recedit fulgens vesperi. Et tanta quidem varietas magnitudinis apparentis in stellis his duabus inter amplissimum spatium et angustissimum valde frequens est crebroque repetitur et est facillima cognitu, quae semper contingat exponaturque aspicientibus intra spatium anni unius. Quare constat necessario mutari errantia sidera in variam altitudinem, et sublimiora nunc fieri sursumque ascendere, nunc fieri humiliora et ferri deorsum. Neque circum medium centrum terrae ac mundi simplicem illis et aequabilem esse conversionis motum, sed magnopere mistum ascensu et descensu participemque utriusque motus ponderis levioris a medio discendentis, accedentis ad medium gravioris. Physici autem assertores naturae coelestis immutabilis et immortalis ac simplicis aequabilisque motus errantium siderum circum mundi medium decepti sunt in ratione variae altitudinis corporum ex apparente varia magnitudine, quod apparentiam ipsam compararunt non cum partibus apparentis per stellas extremi ambitus hemisphaerii, sed cum notis mensuris corporum inferiorum iuxta sensum vulgi. Ut quum dicimus pedalem videri Solem orientem, idque non est hactenus consideratum; itaque causam illi²⁹ apparentis variae magnitudinis lunae tribuerunt

29 illi: cioè *Soli*.

interiecto corpori aeris densiori et rariori, per quod apparet obiectum corpus, quanvis eodem spatio distans ab aspectu nunc maius nunc minus relatum ad notas in terris magnitudines. Comparata vero magnitudine corporis apparente cum ambitu stellarum, nulla contingere apparentiae varietas potest in eodem spatio distantiae ab aspectu, quanvis densius sit et rarius aeris corpus interiectum. Eadem enim semper manet portio stelliferi ambitus per obiectum corpus aspectui occupata; nec ex quantavis densitate raritateve interiecti corporis occupare aspectui potest corpus obiectum aut maiorem partem ambitus aut minorem, quam est angulus rectorum linearum ab aspectu ad ambitum extensus per extrema corporis obiecti, ut rectis constant lineis anguli aspectus et fiat visus per lineas rectas, quod est necessarium omnino. Quapropter manifeste apparet ex ignoratione certae rationis de apparentia magnitudinis corporum frustra physicos sua excogitasse commenta, praesertim peripateticos, adversus variam siderum errantium altitudinem, ac mire illos fuisse hallucinatos in tanta naturae ipsius tamque manifesta significatione, quod sidera ipsa, quae magna portione maiorem nunc stelliferi ambitus partem occupant aspectui, nunc minorem, longo etiam spatio nunc humillima sint et proxima terris, nunc longissime a nobis distent et sint maxime sublimiora; totumque illud plane deficit fundamentum peripateticae traditionis positum ab Aristotele initio sui operis *De coelo et mundo*, quod ex simplici motu in orbem circum mundi medium coelestis natura differat a caeteris corporibus mutabilibus per materiam et caducis, quae omnia sunt aut leviora ex materiae raritate ac surgentia sursum aut ex densitate graviora deorsumque labentia, quandoquidem coelestia errantium siderum corpora motu minime simplici nec aequabiliter circumeunt medium universi, sed misto nimis motu feruntur et sursum a medio recedentia et accedentia ad medium deorsum.

II

Haec sequuntur in nostra ratione de altitudine siderum errantium et cometarum.³⁰

Solis vero apparens regressus tantus est omnino, quantus est medius regressus apparens Veneris Mercuriique. Itaque tanta est media Solis ipsius altitudo, quanta est altitudo media Veneris et Mercurii, punctumque ipsum mediae altitudinis Solis in diametro medii motus illius absolute medium centrum est inter extremam utranque altitudinem maximam et minimam Mercurii ac Veneris et reliquarum errantium stellarum. Lunae autem apparens regressus minimus multo est maior, quam Veneris maximus, qui est in errantibus stellis longe maximus omnium. Quapropter maxima Lunae altitudo minor multo est, quam minima Veneris, quae omnium longe minima est in stellis errantibus. Verum exigua est in Luna, nec facile perceptibilis, differentia inter maximum et minimum

30 A questo punto a margine è annotato: "Ubi superius bis est positum 'plus quam duplo' reponendum est 'minus quam triplo'; item reponendum 'horizon'"; sono due richieste di correzione del testo che segue; 'horizon' è poi solo una correzione ortografica, ché 'orizon' poteva urtare i grecisti. Non ho corretto il testo.

regressum apparentem parvaque propterea in sidere ipso est etiam varietas altitudinis. Itaque longe nimis erratum ab astronomis est in constituendis lunae circulis, eccentrico magno et epicyclo in magno eccentrico, ex quibus altitudinis varietas maxima sequeretur, quum sit adeo modica, ut apprens regressus maximi ac minimi vix ulla possit percipi differentia. Eodem etiam errore Solis eccentricus magnus constitutus est aut epicyclus in magno homocentrico pro mensura differentiae maximae inter verum et medium motum. Ita enim in Sole, ut etiam in Luna, nequaquam fit altitudo varia iuxta variam illorum circularum altitudinem ex partium positione; tenuissimaque ac prope nulla est altitudinis varietas in Sole ipso, atque nulla prorsus differentia regressus apparentis maximi minimique potest in eo sidere observari. Sed et in reliquis quinque sideribus errantibus itidem constituti perperam sunt circuli eccentrici magni, sideribus ipsis minime respondentibus ad variam altitudinem ipsorum eccentricorum praeter magnam illam altitudinis varietatem, quam ingenti errore astronomi epicyclis tribuerunt et quae re vera fit iuxta nostram rationem circulis magnis proprii motus ipsarum errantium stellarum ductis circum Solem medium, non circum mediam tellurem; qui circuli Solem ipsum sequentes et cum eo tralati medium semper centrum habent cuncti punctum medii motus Solis, quacunque ille fertur per suum circum. Quam ob rem parte imminente Soli maxime singuli a terris remoti sunt altissimique circuli ipsi, adversa vero parte sunt humillimi ac proximi terris. Haec tamen omnia inferius ac praecipue in nostris theoriis motuum omnium revolutionis latius explicabuntur. Ubi et illud apparebit certa demonstratione, quo pacto, quanvis maxima fiat differentia veri motus et medii, altitudinis tamen contingat varietas quam minima. Iamque ratio expressa est qua ex mensura regressus apparentis necessario mensura omnis constet altitudinis errantium siderum et cometarum. Deinceps in stellis errantibus hoc idem rursus necessario demonstrabitur, manifestius etiam et planius atque facilius ex mensura progressus et regressus veri siderum ipsorum iuxta motum medium Solis.

Quod mensura variae altitudinis necessario constet in stellis Mercurii, Veneris et Martis atque in cometis et in Sole ac Luna ex mensura regressus apparentis ad occasum Solis per obiectum et apparentem locum, praeter motum et locum verum; in Iovis autem stella et in Saturni maxime probabiliter constet similitudo variae altitudinis cum stella Martis ex absoluta similitudine proprii motus, ex mensura vero progressus et regressus veri, per verum locum, constet item necessario variae altitudinis mensura in omnibus quinque stellis errantibus.

Verus locus est in stellarum ambitu, qui medio corpori posito inter ambitum et terras vere imminet iuxta sphaerae totius ac mundi positionem, recta ex loco ipso linea per corpus medium pertingente ad centrum telluris ac mundi; eaque linea erecta seu perpendicularis contingit ambitum terrae ad locum directe subiectum corpori medio et loco vero. Locus obiectus in ambitu stellifero est, qui per obiectum corpus medium oppositus est signo aspectus, recta ex eo loco linea per corpus obiectum ad aspectum pertingente. Ipsum vero signum aspectus est in ambitu terrae directe subditum vertici ambitus hemisphaerii recta linea perpendiculari a vertice per aspectum pertingente ad mundi centrum atque tel-

luris; quae linea verticis media est in hemisphaerio et tanquam axis illius atque vertice ipso ac signo aspectus et centro mundi omnibusque sui partibus aequè distat undique a finiente circulo seu horizonte. Omnibus autem partibus ambitus hemisphaerii, praeterquam in vertice, perpendicularis non est obiecti loci linea sed acclivis, differtque ac distat a vero loco obiectus lineis loci utriusque se invicem insecantibus ad obiectum corpus angulosque illinc pares constituentibus adversos: inferiorem ad terrae ambitum extensum inter aspectum et locum contactus lineae veri loci cum ambitu terrae, superiorem extensum ad ambitum hemisphaerii inter verum locum et obiectum. In vertice vero ipse est vertex unus idemque verus et obiectus locus unaque illius linea est axis hemisphaerii. Seorsum autem a vertice in certa corporis altitudine tanto est diversitas maior distantiaque obiecti loci et veri, quanto maior est verticis distantia et propinquitas horizontis, iuxta horizontem ipsum extrema est et maxima diversitas longissimumque spatium inter utrunque locum. In certo vero spatio inter horizontem et verticem tanto est maior aut minor locorum diversitas atque distantia, quanto est obiecti corporis altitudo maior aut minor quantoque ampliores angustioresve sunt anguli adversi superior et inferior, ex lineis locorum ad corpus obiectum se invicem insecantibus. Caelo autem, ut apparet, se revolvente motu quotidiano ab oriente Sole ad cadentem in aequinoctio, locus obiectus in ortu atque in obiectu, quum sit proximus horizonti, est versus utranque mundi partem remotissimus maximeque distans a vero loco. Atque iuxta ipsius quotidiani motus longitudinem obiectus locus maximo spatio in ortu est posterior vero, prior in occasu, fitque ut quantum est utrunque spatium longitudinis locorum in ortu obituque, tantum ab ortu ad obitum locus obiectus accedat ad occasum praeter motum et locum verum. Ab ortu enim usque ad medium spatium, ab occasu, hoc est usque ad meridianum orbem, obiectus locus verum sequens illi semper appropinquat atque illic eum consequitur eandemque cum illo habet longitudinem; a meridiano vero circulo antevertit ac semper illum post se longius relinquit usque ad obitum. Et quoniam obiecti et veri loci tanto diversitas maior aut minor est in certa verticis distantia, quanto est altitudo corporis maior aut minor, illud consequitur, ut in certa positione motus quotidiani quanto est maior minorve accessus ad occasum loci obiecti, tanto maior aut minor sit obiecti cuiusque corporis altitudo. Quanto igitur erranti cuique sideri et crinitae stellae seu cometae, in certa quotidiani motus positione, maior aut minor est loci obiecti accessus ad Solem occidentem praeter verum locum et motum, tanto est illius altitudo maior aut minor. Et in stella quidem Saturni propter altitudinem immensam atque in stella etiam Iovis accessus obiecti loci ad cadentem Solem diversitasque a loco vero non habet tantum spatii, ut in apparente stelliferi ambitus magnitudine visu percipi possit, in inferioribus vero sideribus perceptibilis est accessus ipse apparetque aspectui atque apparens est locus obiectus diversus a vero. Quo autem pacto apparens is motus obiecti loci ad Solis occasum observari facile possit, vel qui in stella Martis est minimus, inferius demonstrabitur. Stellae vero quinque errantes, quemadmodum etiam cometae, nunc directo proprio motu celeres progrediuntur loco vero ad orientem Solem, nunc retardantur atque ad occidentem vero loco regrediuntur motu retrogrado. Maximus autem progressus contingit omnibus in media coniunctione cum Sole, hoc est in

linea cum Sole circumducta, iuxta medium illius motum, inter celeritatem et tarditatem, in ambitu stellarum. Regressus loci veri maximus in stellis Mercurii et Veneris fit item cum Sole illis coeuntibus media coniunctione. In tribus reliquis, Martis, Iovis et Saturni, fit in parte iuxta caelestem ambitum adversa eademque in linea medii motus Solis producta ex mundi centro in adversam partem ad diametri longitudinem. Atque in ea diametro medii Solis motus maximus fit progressus et regressus maximus veri loci stellis ipsis omnibus errantibus. Apparens vero regressus obiecti apparentisque loci ad occasum accedentis unicuique ex ipsis quinque stellis circa maximum regressum verum maximus est, minimus circa maximum progressum. Atque propterea in progressu maximo erranti cuique stellae maxima est altitudo, minima in maximo vero regressu. Minimus autem regressus apparens stellae Martis minor quam Veneris est, Veneris minor quam Mercurii; quapropter maxima Veneris altitudo maior est quam Mercurii, maior Martis quam Veneris. Maximus vero apparens regressus stellae Veneris tanto est quam Mercurii maior, quanto minor est minimus. Atque ideo quanto Veneris quam Mercurii altitudo maxima est maior, tanto minor est minima, eademque est altitudo media sideris utriusque atque idem utriusque medium centrum est altitudinis maximae ac minimae in diametro medii motus Solis. Martis autem stellae regressus apparens maximus, tanto est maior quam Veneris medius et Mercurii, quanto plus quam duplo minor est minimus. Quare Martis minima altitudo tanto maior est, quam Veneris et Mercurii media, quanto maxima plus quam duplo est maior; ipsaque Martis altitudo maxima tanto maior quam minima est, quanto est media Veneris et Mercurii duplicata. Unde idem est ipsi stellae Martis, quod Veneris Mercuriique, in diametro motus Solis medii altitudinis maximae minimaeque medium centrum. De stellis vero Iovis et Saturni, quae similem omnino habent proprii motus varietatem cum stella Martis, consequens est, ut similem illi mensuram hae stellae proportionemque teneant maximae ac minimae altitudinis; itidemque tanto maior harum altitudo maxima quam minima sit, quanto est media duplicata Veneris et Mercurii atque idem sit his stellis, quemadmodum et stellae Martis, cum primis duabus Veneris et Mercurii, medium centrum extremae altitudinis utriusque. Itaque fit, ut media Veneris Mercuriique altitudo in diametro medii motus Solis <...>, unum sit idemque centrum medium altitudinis maximae ac minimae stellis quinque omnibus errantibus, atque ab uno ipso signo in Solis diametro aequae distent utrinque maxima minimaque altitudo quinque ipsarum omnium stellarum. Cometis autem est minor multo quam Lunae regressus apparens, quod facile, quum fulgent, potest animadverti. Quapropter multo maiorem obtinent altitudinem sitique sunt ac moventur in interiore caeli spatio cometae ipsi, longeque supra circulum Lunae.³¹

Il Pignatti crede che il Sabazio sia morto già alla fine degli anni Trenta, ma io

31 Parma, Fondo Palatino, cod. 989, cc. 19v-22r.

non lo credo. Quando il Burnus dice nella sua prefazione del *Compendium* che nessuno potrà comprenderlo appieno senza ascoltare il vivo insegnamento del Sabazio, presuppone dunque che egli sia vivo e disponibile a questa *praeceptio*; ebbene questa asserzione viene ripetuta nella prefazione che nel 1566 Curio Regolo da Sora premette alla sua ristampa romana del *Compendium* - col titolo di *Grammatica Latina* - dedicata al giovane Card. Michele Bonelli. È dunque probabile che il Sabazio alla bella età di settantotto anni fosse ancora vivo.

FRANCO BACCHELLI

UNIVERSITÀ DI BOLOGNA

BIBLIOGRAFIA

ADDANTE 2010 = LUCA ADDANTE, *Eretici e libertini nel Cinquecento italiano*, Bari, Laterza

BACCHELLI 1990 = FRANCO BACCHELLI, «Sulla cosmologia di Basilio Sabazio e di Scipione Capece», *Rinascimento*, II serie, 30 (1990), 107-152

CARLINO 1533 = MARCANTONIO ATHENEO CARLINO, *La grammatica volgar*, Napoli, Giannes Sultzbach

CIGALINUS 1655 = FRANCISCUS CIGALINUS, *Coelum Sydereum ab omnium ingenuarum artium Professore D. FRANCISCO CIGALINO Medico Novocomensi secundum globorum coelestium numerum, cursum et influxum emensuratum et per D. MARCUM CIGALINUM auctoris abnepotem e tenebris erutum ut suae lucis, motus virtutisque splendore stellato refulgeat in duas partes divisum, quarum prior de numero et motibus globorum coelestium agit, altera in septem libros intersecta De praesensione dissectat mathematica*, Comi ex typographia Nicolai Caprani

CROCE 1958 = BENEDETTO CROCE, «Due paeselli d'Abruzzo», in ID., *Storia del Regno di Napoli*, Bari, Laterza, 315-425

DUHEM 1954 = PIERRE DUHEM, *Le Systeme du Monde. Histoire des doctrines cosmologiques de Platon à Copernic*, Paris, Hermann

FAINI 2010 = MARCO FAINI, *La cosmologia Macaronica. L'universo malinconico del "Baldus" di Teofilo Folengo*, Roma, Vecchiarelli

FRACASTORIUS 1739 = HIERONIMUS FRACASTORIUS VERONENSIS [...], *Carminum editio secunda*, Patavii, Joseph Cominus

FRANCO 1539 = NICCOLÒ FRANCO, *Pistole vulgari*, Venezia, Antonio Gardane

GIANNOTTI 1932 = DONATO GIANNOTTI, *Lettere a Piero Vettori*, a c. di ROBERTO RIDOLFI e CECIL ROTH, Firenze, Vallecchi

GUIZZI 2011 = PAOLA GUIZZI, «La sensibilità religiosa di Scipione Capece in un inedito del 1587», *Rinascimento Meridionale*, 2 (2011), 155-174

LIBONI 2009 = GIONATA LIBONI, «Sozzino Benzi, Basilio Sabazio e la corruttibilità del cielo. La controversia cosmologica in una lettera al cardinale Benedetto Accolti», *I castelli di Yale*, 9 (2009), 123-169

MANDARINI 1897 = ENRICO MANDARINI, *I codici manoscritti della Biblioteca oratoriana di Napoli*, Roma, Andrea e Salvatore Festa

MÜLLER 1908 = MAX MÜLLER, *Johann Albrecht Widmanstetter*, Bamberg, Handel

SABATIUS 1566 = BASILIUS SABATIUS MEDIOLANENSIS, *Grammatica latina a CURIO REGULO Sorano ordinata et illustrata*, Romae, Apud Antonium Bladum

VIRGILIUS 1642 = PUBLIUS VIRGILIUS MARO, *Opera omnia argumentis, explicationibus et notis illustrata* a IOANNE LUDOVICO DE LA CERDA Toletano e Societate Iesu, Coloniae Agrippinae, apud Ioannem Antonium Kinchium.

APPENDICE

Consiglio sull'indizione del Concilio a Paolo III

Consiglio sul Concilio di M. Basilio Sabazio

Beatissime Pater et Domine, Deus pater bonus in omnes homines per Dominum Iesum Christum Beatitudini Tuae salutem et pacem et bona omnia largiatur. Propositae mihi sunt iussu Tuae Beatitudinis quaestiones aliquot in doctrina christiana, de quibus meam sententiam exponerem iuxta sensum Ecclesiae Catholicae adversus haereticos Lutheranos. Ego autem obsequi ex animo ac satisfacere cupiens voluntati Tuae Beatitudinis commodum iudicavi et necessarium, ut, priusquam attingerem propositas quaestiones, Beatitudini Tuae significare<m> quid mihi super ea re maxime considerandum videatur et providendum et unde causa tota pendeat Apostolicae Sedis Catholicaeque et Romanae Ecclesiae in superanda ac deiicenda haereticorum superbia et improbitate. Hoc illud est quod frustra hae quaestiones et quaevis aliae tractantur adversum Lutheranos pro Sede Apostolica Ecclesiaque Romana, nisi prius omnium iudicio et sensu communi fiat manifeste superior in causa Ecclesia ipsa Romana, Lutherani vero manifeste inferiores. Iam enim videmus quam minimum profuisse tam multos libros, qui sunt in Lutheranos editi a catholicis, ut non modo tot populi permaneant ita separati a Catholica Ecclesia, sed etiam quotidie serperit latius haeresis illa et dimanet in omnes provincias christianas, nec sit fere locus ullus quo non irrepserit Lutheranismus; semperque magis ac magis imperitum vulgus et scioli pravo iudicio putant superio-

res esse in causa Lutheranos, qui postularint semper flagitarintque concilium haberi universale quod de re tota iudicaret. Ac dum tot annis concilium illis expetentibus non est habitum, culpam omnem conferunt in Romanam Ecclesiam atque in Tuam Beatitudinem et in summos pontifices superiores lateque persuasum est populis etiam nostrati<bus> rem ipsam non intelligentibus Ecclesiam Romanam abhorrere a iudicio concilii, quod habeat malam causam quodque futuri essent victores Lutherani, si causa cognosceretur; nec tantum obsesset, si solius plebis esset opinio haec et favor haeticorum, <et> non etiam principes multi ex catholicis eadem sentirent. Quumque praeter eos quorum interest privatim pauci supersint catholici, qui Lutheranis, quantum possint, non faveant atque animo sint averso a Romana Ecclesia, res deducta est, Pater Beatissime, in summum discrimen, ut si quis rex alius fuerit Anglicum imitatus aut si qua Respublica in Italia, praesertim si quidquam Caesar conniveat, publice recipiat aut certe non improbet Lutheranam doctrinam - quod periculum impendens videtur et proximum - nullus iam erit relictus locus retinendae ac sustentandae dignitatis Ecclesiae Romanae in suo statu, sed casus esset sequuturus maxime dolendus et summa rerum omnium perturbatio in ipsa Ecclesia. Quo autem pacto cum occurri huic imminenti summoque periculo possit, tum vero Ecclesiae Catholicae ac Romanae causa erigi et stabiliri communi hominum iudicio, Lutheranorum deiici reddique inferior, exponam Tuae Beatitudini meam sententiam et quod mihi oblatum est consilium in multis curis cogitationibusque meis de calamitate atque aerumnis Ecclesiae Sanctae. Duo mihi visa sunt fundamenta, in quibus constituenda sit tota moles et vis huius negotii. Unum est, ut ita scribatur de quibusdam locis christianae doctrinae seu articulis, ut christianus populus totus manifestissime intelligat Lutheranos in articulis illis longissime a veritate abe-

rasse nec haereticis a Deo patefieri veritatem, sed amantibus [imitatis] unitatis et pacis unius corporis Christi, quod est Sancta Ecclesia. Ex talibus articulis hos puto magis opportunos: de praedestinatione, de libero arbitrio, de poenitentia, de fide, de gratia, de iustificatione, de operibus, de celibatu. In quibus locis a Lutheranis gravissime erratum est, quanquam ipsi gloriantur et persuaserunt miseris hominibus imperitis amplissimam se lucem de his rebus attulisse generi humano. Deinde ostendatur liquido ac submota omni calumnia Lutheranos ipsos in universum haereticos esse apertissimos et prorsus abscissos a corpore atque unitate Ecclesiae Catholicae - idque facile probabitur ex eorum traditionibus et institutis adversis consuetudini atque doctrinae sensuique communi Catholicae ipsius Ecclesiae - ac si quid veri ab illis praeceptum sit inter errores, id eos non recte neque catholice, sed haeretice ac prave praecepisse atque propterea esse illos a catholicis omnibus vitandos ac reiiciendos, nisi resipiscant. Alterum est et potius ac firmitus fundamentum, ut omnino habendum sit legitimum concilium Ecclesiae universale, quod verum est, certissimum et efficax et salutare ac summum remedium ad salutem ipsius Ecclesiae Sanctae; ipsumque concilium prorsus necessarium, quo nullo retardetur impedimento aut incommodo, tale instituat, ut Patres omnes catholici, per quos est concilium celebrandum, nihil concilium refugiant aut aversentur, sed in ipsum facile cuncti aequo animo et sine ullo metu consentiant. Id vero qua ratione ac via crediderim effici posse, quam brevissime poterō explicabo. Privatum emolumentum in principibus hominibus semper fuit impedimento atque obfuit restitutioni publicae utilitatis, nullaque res alia perdidit civitates quamvis potentes, alia nulla tanto malo affecit Sanctam Ecclesiam, quam studium in potentibus ac praesidentibus commodi utilitatisque privatae; nec aliam ob causam licuit hactenus Ecclesiam restitui ac rite

reformari, quamquam est saepe tentatum, nisi quia ii, per quos erat restituenda, subire noluerunt in rebus non recte usurpatis detrimenta et incommoda, quae inferebat Ecclesiae restitutio ac reformatio. Quam ob rem ut Ecclesia extante calamitate praesente restituatur ac reformetur in optimum statum, remedium adhibeatur necesse est impedimento, quod diximus esse ad eam reformandam; idque remedium tale sit, ut omnes, quorum est officium auctores ut sint reformationis, nullo aut quam minimo afficiantur incommodo ac detrimento atque ita ipsi restitutionis auctores et Patres ac rectores Ecclesiae nihil patientes adversi facile ac libenter se accommodent ad ipsam Ecclesiae reformationem et, quod per se optimum est et Deo gratissimum, illam sine molestia curent atque efficiant. Itaque hic mihi visus est, Beatissime Pater, consentaneus et expeditus modus et efficax habendi legitimi concilii et Ecclesiae per concilium reformandae, ut exquisita quidem et absoluta et ex omni parte sanctissima futura sit reformatio, sed eam concilium non statim induci iubeat imponique in totum corpus Ecclesiae atque in omnes illius patres et rectores, ad quos praecipue spectat reformatio et restitutio - nam id fieri non potest ullo pacto et hinc semper est reformatio retardata - verum ita statuatur salutaris ipsa et beatissima reformatio, ut, quum instituta fuerit, recipiatur facile atque sumat exordium et facile quotidie crescat et roboretur et in totum tandem feliciter inopacetur corpus Ecclesiae ac maxime in Patres et pastores universos. Id vero et efficaciter et facile fiet, si non simul a patribus ac rectoribus universis reformatio inchoetur, sed ab iis tantum, quibus nihil ex reformatione afferatur <non> invitis incommodi <quique> nihil erunt offensi reformationis rigore ac severitate. Hoc est ut a rectoribus illis reformatio incipiat et per eos in sequentes omnes constantissime procedat, qui succedent creatique fuerint

post constitutam formam et legem reformationis et qui sua munera et officia ita suscipiant itaque obeant, ut reformationis censura fuerit praefinitum idque servetur in omnibus ordinibus et gradibus ministrorum Ecclesiae atque in clero universo. Caeteris, qui ante reformationem creati sunt, nihil officiat, nihil novetur, nihil detrahatur ex iis, quae recepto in Ecclesia more possederunt, et in ea sint usque ad mortem libera possessione quam obtinent. Intolerabilis nam esset acerbitas, si fieret statim immensa spoliatio et privatio in Ecclesiae rectoribus omnibusque ordinibus eorum, quae ipsi adepti sunt et possederunt iuxta consuetudinem longissimi temporis in Ecclesia per multas successiones; in quam possessionem omnes privatim inducti sunt non certa sua fraude, sed more atque usu communi Ecclesiae totius. Et quidquid erratum est in usurpatione lucri et commodi et otii ac remissionis ex communi et publica factum videtur negligentia eaque multarum aetatum superiorum et ex ipsa conditione imbecillitatis humanae proclivitatisque ad deteriora potius, quam dolo cuiusquam privato et mala fide peculiari. Quare nihil videntur spoliandi, concilio indulgente ad efficaciam reformationis, qui non tam propria fraude possident, quam auctoritate publici consensus et longissimae, quamvis pravae, consuetudinis; atque in eos restitutio sit Ecclesiae tota et reformatio servanda et efficienda, quorum nulla possit querela existere de reformatione quique sponte sua se subdiderint reformationis censurae atque decretis, quod post constitutam ipsam reformationem suo sint consensu et voluntate cooptati ac successerint ad gubernationem et ordines ac munera Ecclesiae Sanctae. Ad hunc modum facilis erit et certa et stabilis reformatio ipsa et ex parvis initiis quotidie augebitur et vigebit ac late se diffundet brevisque totum Ecclesiae corpus restituetur in suam originem et in optimum statum ac vere Christianum.

Haec vero forma et hic modus habendi concilii et per ipsum statuendae reformationis totius cleri, ex qua pendet populi reformatio, videtur publice prius legitimeque instituenda et decernenda decreto Beatitudinis Tuae in concilio provinciali quod Romae habeatur exemplo complurium sanctorum Pontificum Romanorum; ipsumque concilium brevi spatio temporis facile celebraretur convenientibus vicinis Episcopis, qui essent non pauci cum iis qui degunt in Urbe. Atque rem ipsam adiuveret magnopere, ut arbitror, Caesaris decretum in conventu publico Imperii, quo probaretur modus et forma ipsa reformationis cleri ecclesiastici per Tuam Beatitudinem in provinciali concilio constituto (constituta?), ut ex omni parte firmissima et certa extaret lex et constitutio habendi concilii et Ecclesiae <re>formandae ac restituendae. Itaque, Pater Beatissime, duo haec arbitror esse prorsus necessaria Sanctae Sedi Apostolicae totique Ecclesiae ad eam his miseris temporibus in tanta calamitate sublevandam eamque restituendam et stabiliendam: unum, ut deiciatur eo modo, quem ostendimus, Lutheranorum auctoritas et opinio illorum causae melioris apud vulgum; alterum, ut legitimum concilium universale ita decernatur et instituat, ut sit omnino celebrandum, quod est proprium et certissimum remedium ad Ecclesiae restitutionem atque salute<m>, sine quo nec prodesset magnopere necessaria illa confutatio Lutheranorum, quod semper inferior populorum opinione redderetur, ut dictum est, causa Ecclesiae Romanae dilato concilio ipsorumque haereticorum in dies magis auctoritas et existimatio augetur et praesentia Ecclesiae Catholicae mala in eum essent cumulum ventura, ut nihil sit catholicis mentibus magis metuendum atque horribile. Tu autem, Beatissime Pater, ea probabis ac statues pro tua summa sapientia et iudicio praestantissimo ac singulari, quae ipse intelliges esse Sanctae Ecclesiae

universae opportuna et accomodata et salutaria et quae in animum tuum infuderit Deus pater Domini nostri Iesu Christi, qui Te in summum istum locum extulit sua providentia et benignitate. De me vero id possum Tuae Beatitudini polliceri Ecclesiae Sanctae me, quantulus sum, nunquam defuturum, si quid est officii quod per me illi debeat possitque praestari, quando ei me totum tradidi totumque addixi et pro qua vitam sum paratus exponere atque profundere, ut sim gratus et obsequens Domino Iesu Christo, qui est caput corporis ipsius Sanctae Ecclesiae quique sibi eam adiunxit sancto sanguine suo ac morte crucis. Illius gratia et pax et omne bonum adsit Tuae Beatitudini, ad cuius beatos pedes me provolvo eosque amplector et exosculor ex animo ac fideli, ut debeo, reverentia

E. B. T.

servulus Basilius Sabatius